Tertius liberis fuit ab hac excommunicatione qui in defensione sui, vel alieni corporis, honoris, famæ, & bonorum fortuæ Clericum aggressorem denicit, vel percutiunt, quia hæc non est vis, & violentia, sed defensio. Vt deciditur capite si vero. Cap. ex tenore de sententia excommunicati. Et Clement. *vinc. de Homicidio.* Quippe defensio non solum propria, sed cuiusvis innocentis licta est. Argum. *cap. non inferenda.* & alius 24. q. 3. & cap. dilectio de sent. excommunicati in 6. Etradom Innocent. Abbæs, & alii in eis vero. Lessius *lib. 2. cap. 9. dub. 8. & seqq.* Coninch. *dub. 1. num. 197.* Bonac. *t. 3. de censur. disputat. 2. q. 1. pan. 6. sect. 4. nro. 1.* Hinc colligere primò posse mulierem persecutum Clericum tentantem suam pudicitiam facto, vel verbis, si alia viā auertere à se non potest, quia est legitima, & iusta honoris defensio. Ut bend doceat Molina *tract. 1. dub. 55. num. 4.* Nauarr. *cap. 27. numero 1. 05. Suar. disput. 2. sect. 1. numero 33.* Aula 2. p. de censur. cap. 1. disputat. 3. *dub. 13.* Coninch. *dub. 14. dub. 1. 5. num. 194.* Paul. Layman. *lib. 1. sum. tract. 1. part. 2. cap. 5. num. 8.* Bonac. *de censur. in partic. dub. 2. q. 1. pan. 6. sect. 4. num. 1.* Secundò: violenter expellens a domo Clericum inquit illam occupantem, quando alia viā non potest suum ius recuperare in hanc excommunicationem non incidit; quia illa expulsio non est violentia, sed potius violentia remotio: vt notauit Sylvest. *verbo Excommunicatio. 6. num. 6.* Sayus *lib. 3. cap. 27. numero 19.* Molina *disputat. 55. numero 5.* *Filius tractat. 1. 5. cap. 1. numero 20.* Bonac. *ritul. 3. disputat. 2. quaest. 3. punct. 6. sect. 4. numero 1.* Tertiò ob eandem rationem non eis excommunicatus ei quod violenter expellas Clericum tibi honorificare sedem vltupitatem; si alia viā in iuriam remouere nequis: vt colligitur ex Nauarr. a contrario seu, *lib. 5. capit. titul. de sententia excommunicat. conf. 40.* Quartò immunis ab excommunicatione eris, si Clericum bona tua furantem insequaris, & ab eo violenter exreras: quando alia viā recuperare non potest; quia non infers in iuriam, sed potius in iuriam depellis. Secus esset si iam res furatas domi haberet depositas, easque pacifice possidet; quia eo casu non propria autoritate, sed auctoritate Iudicis si id faciliter potest, recuperanda sunt. Sicuti aduerit Nauarr. *cap. 27. num. 6.* Molina *tract. 3. dub. 55. num. 3.* Bonac. *dub. 2. de censur. in part. 9. 3. punct. 6. sect. 4. numero 1.* Notariorum dixi, si alia viā commoda nequis rem tibi ablazam recuperare; quia percussio, & violentia Clericum non alia ratione licet, nisi querens eis necessaria ad proprii, & alieni iuriis defensionem. Quinid fugientem Clericum debitorem, aut de fuga suspeatum detinere poteris, vt Superiori praesentes, debitum recuperes, quia illa detentio est proprii iuris defensio, & dñi inferendi remotio. Idem est si in flagranti delicto, vel in illius probabili suspitione Index laicarum Clericum inueniat potest eum in vinculis detinere, vt quam primum possit Iudicis Ecclesiastico remittat. Quinid offensus a Clerico in euentu quo eis Clericus ob offensam mittendus esset in carcere, & puniendus, potest absque timore excommunicationis eum vinculis alligare, vt suo iudice intra 24. horas presentet, si id necessarium est ad satisfactionem sumendum, telles examinando, aliquæ ad probationem delicti requisita. Sicuti haec omnia ex communis traditio Panormi, *cap. cum non ab homine. de Iudicij. num. 10.* Sylvest. *verbo Excommunicatio. 5. cap. 1. 8. 12.* Nauarr. *cap. 27. num. 8. 2. & seqq.* Suar. *disput. 22. sect. 1. num. 37.* Molina *disputat. 56. numero 2.* Iulius Clarus *lib. 5. sententia. fin. 2. num. 6.* Aula 2. p. de censur. *cap. 5. dub. 15. conf. 12.* Paul. Layman. *lib. 1. sum. tract. 5. part. 2. c. 5. n. 8. vers. terc.*

Quartò titulus correctionis licitum est prelato Ecclesiastico, & Magistro discipulum Clericum etiam in sacris constitutum vinculis alligare, & castigatione moderata punire, propter ratio culpa, & qualitas persona exigit, & confuetudine receptum est. Vt colligitur ex cap. 1. cap. ex tenore. cap. cum voluntate de sententia excomm. Et notar. Nauarr. *c. 27. num. 8. 1.* Suar. *disput. 22. sect. 1. num. 48.* Coninch. *dub. 14. dub. 1. 5.*

num. 190. & seqq. Paul. Layman. *lib. 1. sum. tract. 5. par. 2. cap. 5. num. 8. vers. quart.* Molina *tract. 5. dub. 5. n. 4.* Bonac. *dub. 2. de censur. in part. 9. 3. punct. 6. sect. 4. num. 4.* Sub magistro venienti gendus paedagogus, & quicunque alius qui ad honestum aliquid docendum, vel in officio Clericos contendens affinitum, vt rectè aduerit Molina *dub. 5. n. 3.* Item is cuic officio incumbit pueros turbantes Diuinum officium ab Ecclesia expellere. Quinid senioribus Clericis concilium electuiter in minoribus ordinibus constitutos punire, si Diuinum officium turbent. Vt constat ex cum voluntate. §. ult. de sententia excomm. & c. eveniens, eodem tit.

De patre, aliquæ propinquos & consanguineos est graviter dubitatio, an filios, & contanguineos os Ecclesiasticos filii subditos possint punire? Et quidem si sit in minoribus ordinibus constituti, omnes conuenient moderata punire posse; quia sic expressè habetur in cap. cum voluntate de sententia excommunicati. At si sacris sint initiati; variante Doctores. Affirmatiam partem tuerit S. Antonius. 3. p. 24. cap. 1. 8. cap. 12. Sylvest. *verbo Excommunicatio. 6. cap. 1. 8.* Nauarr. *cap. 17. num. 82.* Aula 2. p. de censur. cap. 5. *dub. 1. cap. 1. Suar. disput. 22. sect. 1. num. 49.* Filius tract. 1. 5. cap. 1. 9. 6. Coninch. *dub. 14. dub. 1. num. 192.* Bañes 1. 2. 9. 6. art. Valea. ibi 9. p. unico. Bonac. alius relatis. 1. 3. *dub. 2. de excommunicatio. extra bullam. 9. 3. punct. 6. sect. 4. numero 4.* Mouens, quia facit Ordo non eximit filium a patria postulare, n. compertum est, sed quæcum patri subditum reliquit, ac aucta erat; at ante patrum potest pater filium moderata corrigere, propter qualitas culpa, & circumstantia persona exigit, ergo etiam poterit sacerdos initiarum. Deinde patrifamilias penitentium est iure naturali corrigerem delinquentes ex sua familia, ergo ob correctionem iure naturali concessam excommunicati imponi non debet. Præterea magistro conceditur discipulum etiam in sacris moderate punire, vt ex communis sententia ex c. ex tenore cap. cum voluntate. §. fin. de sententia excommunicati, probatum est num. precedenti. At pater maiorem in filium habet potestatem. Ergo quod magistro conceditur, parti dege*ri* non debet.

Ceterum verius reputo patre non esse concessum gratia correctionis punire filium in sacris constitutis, qui sit sententia Glosa in dicto cap. cum voluntate, verbo inferiorum graduum. Felini, Holtensi, Panormi. Antonij de Burio, & Zabarella ibi. Angeli, verbo Excommunicatio. 5. cap. 1. 6. 10. Molina tract. 2. de inst. *dub. 2. 8. vers.* His tamen effectus, & tract. 3. disputat. 5. num. 6. Paul. Layman. lib. 1. sum. tract. 5. part. 2. cap. 5. num. 9. & sub dubio. Sori, lib. 1. de inst. 9. 1. 1. Ducor, quia in canone, si quis iudicente omnibus generaliter prohibitum est violentas manus in Clericis iniuste; at nobis concessum est pati correctionis gratia in filium in sacris constitutis manus iniuste violentias: quia potius colligunt id expressè esse prohibitum ex dicto cap. cum voluntate per argumentum a contrario sensu; siquidem ibi concessum patrifamilias punire correctionis gratia adolescentes in minoribus gradibus constitutis. Ergo tacite denegatur potestas puniri, cum sunt maioribus insigniti. Deinde potestas concessa patrifamilias conceditur propinquis comparatione propinquorum qui sunt in minoribus gradibus constituti, ut constat ex dicto cap. cum voluntate. At propinquus non permittit constitutis in sacris persecutare, ergo nec parenti est permittendum. Præterea ex c. ex quod sacerdotibus senioribus, aliquid que ex officio deputatis concedatur adolescentes pueros in minoribus constitutis turbantes Diuinum officium correctionis gratia persecutare, infert communis sententia telle Molina disputat. 56. numero 6. nullatenus permittit esse puniri, fuerint in sacris constituti, sed eadem restitutio, & limatio pro patrifamilias facta est, ergo alterendum est patrifamilias, non esse permittum filios in sacris punire. Denique obrentiam facti ordinis non est permittum. Prælati Episcopo inferioribus per alium Clericum corrige, & casu qualibet quando id necessarium fuerit cautele, vt fiat per Clericum, & non per laicum, qui indecens est laicum manus violenter in Clericis iniuste, tametsi correctionis gratia fiat. At regulariter patrifamilias laicus est, ergo credendum est correctionem filiorum saltem qui sunt in sacris constituti, prohibitam.

Neque obstant fundamenta contraria sententia. Ad prium admittit, filios ob Ordinem factum a patria postulare ab sollestitio non eximi, eximi tamen quod effectum correxit percussione. Ad secundum, concedo iure naturali filios subdi parentibus corrigere ab eis posse; nego tamen posse corrigi qualibet correctione, sed correctione accommodata filiorum qualitatibus. Cum autem qualitatibus filiorum qui sunt in sacris accommodata non sit violentia corrigere, ob Ordinem factorum reverentiam, alterendum est eam correctionem parentibus non permitte. Ad tertium, admittit magistro permetti discipulum sue in minoribus, sue in sacris constitutis moderata punire, non tam parenti filios, quia magister plerunque est Clericus, et si aliquando laicus sit: ac contra patrifamilias plerunque est laicus, tametsi aliquando Eccle-

Ecclesiasticus fit, lex vero spectavit ea que frequentius contingunt. Quinque fatus probabile est, ut tradit Felinus in dicto e. cum volvante, & Molina dicta disput. 56. n. 7. magistrum in gradu Ecclesiastico inferiori constitutum non posse punire discipulum constitutum in altiori, quia indecens est, ut inferior in gradu Ecclesiastico, superiore paniat.

10. Tertio praedictis Prelatis non est concessum, ut Ecclesiasticos possint per alios corrigit, sed necessario per seipso correctionem praeferre debent, nisi aliquia necessestis virginem, & uac non per latum, sed per Clericum correcione adhibenda est, ut habeat expressi exp. excommunicatis de sententia excommunicationis, alias incident in excommunicationem Canonis & quae suadente diabolo, Episcopo autem ob eius altam dignitatem punio per propriam personam interdictum. e. v. liceat 86. d. illud quod alteri clericis, a Religioso, & non laico eius executionem committere debet.

11. Vetus est hoc ita sit de rigore iuris, consuetudine ramen introdandum est, ut Prelati Ecclesiasticos mediis laicis capian, & in vincula coniciant, & publica flagellorum punitione afficiant, est opus fuerit torqueant, ac in tritembus puntant. Id enim bono communicecclesiam est, ne delicta Ecclesiasticorum maneant impunita, quod sapienter concingeret, cum ratione inveniatur Ecclesiasticus qui has actiones praeferre veller. Preterquam quod non decet personam Ecclesiasticam huius generis punitionis executio. Sicuti adhortant Nauar. comment. de regulario, circa finem, & lib. 5. confitior est de sententia excommunicationis, cors. 42. alias 28. Iulius. Clarus lib. de sententiis & finis, q. 77. numero 3. Molina disput. 51. numero 5. & disput. 56. numero 8. Suar. disput. 22. sect. 1. numero 44. Coninch. disput. 14. dub. 15. numero 191. Aula 2. de confus. exp. 5. disput. 14. dub. 12. Filiius tract. 5. cap. 1. q. 1. Paul. Layman. lib. 1. sum. tract. 5. par. 2. cap. 5. numero 9. ver. porro. Bonacina t. 3. de confus. in parte, disput. 2. q. 3. pun. 6. sect. 4. numero 5. Et factum est, ut fam. de sententia excommunicationis. & cap. si clericos, edam r. in 6. Prelatis vero Religiosis privilegio Alexand. VI. relato in Compendio priuilegi. Minor. verbo absolutionis ordinariis, §. 10. & gruilegio Leonis X. ibidem commorato §. 27. concessum est, ut disciplina causa Religiosos clericos sibi subditos verbere medis alii R. Religiosi etiam laici, seu Conuersi. Quo privilegio aliorum Ordinum Prelati gaudent per viam communicationis. Quapropter patim sibi priuilegii, partim conseruando introducta possum Religiosi Prelati ab aliis villa necessitate Religiosi os sibi subditos correptione dignos punire medio Religioso etiam laico. Sicuti adhucit Nauar. dicto confis. Molina disput. 5. numero 5. Coninch. numero 91. Layman. cap. 5. numero 9.

12. De magistris autem grauior est dubitatio, An Clericos discipulos corrigerere per laicos possit? Videatur namque id nullius fieri posse, i. quia Prelatis, & Iudicibus Ecclesiasticis sola captura, tortura, & publica punio permititur per laicos fieri, non autem secteta punio, & quae punio non infamia. At magistris sola haec punio concessa est, ergo neque illam mediis laici exercete. Sed contrarium non improbaribiles docuit Ludovicus, Molina disput. 56. numero 8. r. Paul. Layman. lib. 1. sum. tract. 5. part. 2. cap. 5. numero 9. ver. porro, in fine. Coninch. dub. 15. numero 192. Quia speciatore natura haec correptione non est illicita: non enim potest vi violencia notari. Cap. 1. de sententia excommunicationis. At ute posse solis Prelatis, & Iudicibus Ecclesiasticis inueniatur interdictum, id Clericos, vel Religiosos corrigit mediis laicis. Cap. 5. in universitate, de sententia excommunicationis. Cui dispositioni magna ex parte derogatum est in cap. 1. de fam. testim. & in cap. si clericos, codem titul. in 6. Ergo cum Magistris parentibus, propinquis non sit prohibitum discipulos clericos per latum puniri, id ablique timore excommunicationis preflare poterunt: & confirmo. Magister laicus potest Clericum in minoribus constitutum punire, & patet sibi, & propinquis sibi aliqualiter subiungit. Ergo potest medio alio laico eam positionem praeferre, partim quia in ea actione nulla iniuria deprehenditur, argum. cap. si clericos; partim quia ipsi magistris potius quam executoribus punio adscribitur, ut noratur cap. 7. fam. de sententia excommunicationis. Neque obest, quod Prelatis, & Iudicibus Ecclesiasticis interdicta sit correptione Religiosi, & Clericalis subditus medio laico; quia cum ipsi Ecclesiasticae personae sint, decebat Ecclesiasticus per se, vel per alios Ecclesiasticos corrigit, dum correptione adhibenda est, quia a personis Ecclesiasticis exerceri decenter potest. At magistris sapienter sunt laici, & a fortiori parentes. Non est igitur mirum, quod ipsi facultas iure naturae concessa intacta relinquitur, quia a Prelatis Ecclesiasticis restringitur.

13. Quinque ob difficultatem, quam ius Canonicum agnoscit, temperandi dolorem, cohibendique impetu vindictam in eo qui vider suam vxorem, matrem, sororem, aut filiam turpiter pollui ab aliquo Clerico exculcat ab hac excommunicatione percussorem illius. Vt haberur capite si vero de sententia excommunicationis. Nam esto in percussione letharia. Ferdi. de Castro Sum. Mor. Pars V. 1.

le peccatum committatur, adhuc ius canonicum tum in deflationem illius criminis, tum ob difficultatem temperanda di dolorem ex iniuria accepta, cohibendique vindictam, non sicut percussorem excommunicatione punire. Ut tradit Glosa in dicto exp. si vero, verbo turpiter. Censetur autem turpiter Ecclesiasticus agere non solum si in actu fornicationis inueniatur, sed etiam si inueniatur vacans amplexibus, osculis, & aliis tactibus turpibus, quinimo in loco suspecto ita ut ex circumstantiis merito conici possit turpitude. Vs docuit Sylvest. verbo Excommunicatione 6. num. 5. casu 10. Narr. cap. 27. num. 84. Suar. disput. 22. sect. 1. num. 37. Coninch. disput. 14. dub. 1. numero 196. Molinatrac. 3. disput. 55. n. 5. Sayrus lib. 1. cap. 27. numero 33. Paul. Layman. lib. 1. sum. tract. 5. p. 2. c. 5. n. 8. ver. quarta. Bonac. t. 3. disput. 2. q. 3. pun. 6. sect. 4. n. 8.

Personae vero quibuscum Ecclesiasticus turpiter agere inueniendus est, sunt vxor, mater, soror, aut filia percutientis. Neque ad alias personas proquinquas, consanguineas, aut affines extenda permisit est. Vt ex communi docuit Suar. Molin. Coninch. Layman. Bonacina locis allegatis. Nam cum haec exceptio odiosa sit statu clericali, restringaturque priuilegium Clericis concilium, non est ultra personas expelles extendenda Tameri Innocent. in dicto cap. si vero in fine, ad neprem, & auiam, priuilegium extenderat. Nominis uxoris esti de rigore iuris sola comix cognita veniat, atamen praetenti sue cognita sit, sive non comprehenditur, eo cuaduæ qualis, in modo gravior iniuria marito habet, ob quam ure ciuili ei permissitur acculario. leg. si uxori 13. ff. ad leg. Iulie adulterii. Et tradit. Glosa dicto cap. si vero in verbo cum uxore. Abbas num. 9. Sylvest. verb. Excommunicatione 6. §. 1. dicto 10. Sanchez lib. 1. de matrimonio. disput. 1. num. 6. Molina. Bonacina. Layman. Coninch. locis allegatis, qui omnes expelles negant (ponam de futuro comprehensam). Nominis vero matris, filie, sororis venit quia hi proprii est, non autem quia solum per appellationem, quia filia aut uxor adoptiva sub nomine filiae & sororis in hoc decreto correptione non continetur, bene ramen illegitima, quia proprie filia, & soror est, ut nota ut Molina, docet Mol. & Bonac. Laym. sylvest.

Sed si ergo cum his personis turpiter agentem clericum inuenias, illamque percusses, tametsi occidas in excommunicationem non inuidis esto peccates, quia textus generaliter de quaib[us] percussione loquitur. Vt aduersus Couarru. 2. p. auctor cap. 7. §. 7. num. 11. notavit Molin. tract. 3. in respons. ad 1. & disput. 5. n. 5. Bonac. tom. 3. disput. 1. q. 3. p. 6. sect. 4. num. 6. Quinimum est pleno iudicio, & matuta deliberatione percussio in praestiti, quia matuta deliberatio non temperat dolorem, neque imperum vindictam. Sicuti aduersus Sylvest. & Nauar, docet Mol. & Bonac. Laym. sylvest.

Sed an haec percussio incontinenti praestanda sit? Difficultate non caret. Aliqui namque probabile videtur excommunicationi non subiici percussione, tametsi longo tempore post delictum contingat; quia restituisti la, quod percussio in contineat flat, & apponitur in clausum antecedentem, ubi sermo est de defensione propria. Ergo tacite indicatur haec clausula non esse necessario accommodandam. Præterea haec percussio non est, quia excusat ob i. tunc defensionis, sed ob difficultatem grauen temperandi iustitiam, & dolorem ex iniuria conceptum, cohibendique vindictam imperio. At haec difficultas etiam transacto actu subsistit, quippe perleverat iniuria illata, & honor Iesu. Nihilominus omnino dicendum est cum communi omnium sententia, percussione incontinenti faciendam esse, alias non eris imminuis a censura. Vt colligitur ex dicto cap. si vero verbo inuentus. Textus namque solum excusat eum, qui percusset Ecclesiasticum turpiter inuentum cum uxore, matre, filia, & sorore percutientis. At si post delictum finitum percusset, non percusset formaliter inuentum, seu quia adiungens, sed percusset alio tempore in delicto repetitum. Non igitur excusat potes, ut tradit Glosa, in dicto cap. si vero. Sayrus lib. 1. cap. 27. numero 3. Suar. disput. 22. sect. 1. num. 35. Molin. tract. 3. disput. 7. in responsione ad 1. & disput. 5. n. 5. num. 5. in fine. Paul. Layman. lib. 1. tract. 5. part. 2. cap. 5. num. 8. ver. quarta. Bonac. tom. 3. de confus. disput. 2. q. 3. pun. 6. sect. 4. num. 6. Neque fundamentum contrarium virget. Satis enim expellere textus percussione incontinenti fieri debere, tum illo verbo inuentum, tum intentione decidendi, quippe transacto delicto facilius do. si fieri, temperative potest, minusque vindictam excitat, quam cum p[ro]tens est, oculis que effertur.

Quod si delinqentem ex industria expectares, & secreto obficiuerares, venientemque percuteris docet Paul. Layman. sylvest. te noa effugere censuram; quod inde probatur: quia occasionem presentem doloris removere facile poteris, & debebas. Non igitur dignus es, ut Ecclesiæ benignitatem experiaris, quia immunitatem censuram concedit ob dolorem conceptum ex occasione tibi involuntaria. Item Textus exigit ad vitandam censuram, ut percutias turpiter inuentum, hoc est, calu, & præter tuam intentionem inuentum, non ramen de industria quaslibet. Fator has rationes effica

efficaces esse. Contrarium tamen communis sententia defendit casu quo ab sit dolus, quia ea secretaria obseruatio, & occulta expeditio delinquentis neque occasio est, ut ipse delinquit, neque impedit, quin turpiter agentem inuenias, et si inuenias quæstum & expectatum. Sic Nauar. lib. 5. consistorii de sententia excommunicat. cons. 41. ut in sum. cap. 27. num. 84. Molin. disp. 5. ad finem. Aula 2. p. de censur. cap. 5. disp. 3. dub. 13. causa 16. Coninch. disp. 14. dub. 15. num. 196. Bonac. t. 3. de censur. disp. 2. causa 3. pun. 6. fct. 4. num. 6. Secundus vero effetti per dolum, vel fraudem delinquentem adduceres, ut in delicto deprehensem percuteres, quia eo casu non effugies censuram: sicut pluribus firmat Sayrus lib. 3. thesaur. cap. 27. numero 23. in fine. Nauarr. Molina. Aula. Coninch. Layman. Bonacina locis allegatis. Neque enim æquum est, ut Ecclesia deceptionibus ini quis fauere. Praterquam quid in eo censu non percuti turpiter inuentum, sed quæstum, & dolosè ad ductum.

§. IV.

De potestate absoluendi ab hac censura.

- 1 Hac absolutione Pontifici reseruatur.
- 2 Declaratur que sit percussio atrox, grauis, & leuis.
- 3 A quacunque percussione absoluere potest Legatus à latere.
- 4 Ab excommunicatione ob leuem percussionem potest Episcopus.
- 5 Ab excommunicatione ob grauem & enormem solus Pontifex, eiusve Legatus.
- 6 Excipiantur imputabiles.
- 7 Item mulieres.
- 8 Item Religiosi eiusdem Monasterij se percuscentes.
- 9 Percuscent regulariē sub alio Prelato constitutam, absoluendus est à suo Prelato presente Prelato offensi.
- 10 Quid si regulariē seculariam clericum percussit.
- 11 Episcopus religiosi exceptos ex consenseru suorum Prelatorum potest absoluere, sicut non exceptos.
- 12 Si Prelatus nolit eam licentiam concedere, cum impotens sit absoluere, potest ipse Religiosus adire Episcopum, & ab eo absolutionem impetrare.
- 13 Non potest Religiosus exceptos adire Episcopum pro absolutione obtinenda renuntre proprio Prelato, ut illo inconsolito.
- 14 Si nolit Prelatus potest absolutionem concedere, non obinde potest Religiosus adire Episcopum, nisi confiteat iniuste denegare absolutionem.
- 15 Clerici in eadem domo commorantes possunt ob grauem percussionem ab Episcopo absoluiri.
- 16 Item ostiarius qui prætextu sui officij Clericum percussit.
- 17 In mortis articulo potest Episcopus, & eo deficiente quilibet Sacerdos.
- 18 Eadem facultas conceditur, quotes ad Sedem Apostolicam, vel eius Legatum difficulter fuerit recursus.
- 19 Virtute Concilii Tridentini conceditur Episcopis facultas absoluendi ab hac excommunicatione, ob delictum occulatum.
- 20 Qualiter hoc absolutione prestanda sit?

Hec absolutione Pontifici est reseruata in dicto cap. si quia suadente, præter mortis articulum. Sed quia aliis capitibus hæc reseruatio temperata est, & aliis inferioribus Prelatis absolucione concessa, oportet casus sigillarium explicare.

Sed in primis præmittendum est aliam esse percussionem enormem, seu atrox, aliam grauem, & mediocrem, aliam leuem, non quidem leuem, in ratione culpe, cum necessario hoc excommunicatione culpam lethalem requirat, sed leuem comparatione aliarum percussionum quæ graues, & atroces sunt. Ut recte adiurit Molina tract. 3. disput. 17. numero 1. Nauar. capite 27. numero 91. Sayrus lib. 3. capite 28. numero 3. Percussio enormis, atrox, & graui sumitur, ut ex facto ipso, tum ex qualitate personæ offendit, & offendit, tum ex aliis circumstantiis. Ex facto ipso, si percussio haec cum graui lesionis corporis, ut si aliquod membra detruncetur, vel ita debili reddatur, ut vix possit suo munere fungi. Item si sanguis in abundantia effusus sit, aut de facto effundetur, nisi per accidentem derentur, est, iuxta capit. 3. illorum. §. si quis de sententia excommunicatis. Quod intelligendum est, quando haec copia sanguinis ex lesionis pronenit, non ex dispositione membrorum, quippe percussio leuis in navibus ob earum flexibilitatem copiolium solet sanguinem effundere: ut recte adiurit Glossa dicto cap. cum illorum. Quinimodo esto parum, vel nihil sanguinis effundatur, nullumque membrum detruncetur, intellexe redatur, potest graui, imò atrox percussio contingere, ut si fistulis grauiter quis percuteretur, pedibus conculcaretur, iustibus premieretur; longo tempore in obscuro & caliginoso loco violenter detineretur. Ut notauit Sylvestris, verbo ab-

solutio 4. Molina dicta dis. 57. num. 2. Suarez dis. 22. sch. num. 39. Ex parte personæ offendit, & offendit graui, & enormis percussio censenda est quæ per se leuis est: ut si percuteret Episcopum, Abbatem, proprium Superiorum, iudicem, Patronum, herum, aliamve in dignitate constitutum: §. atrox, inst. de iniuria, leg. prator. ff. codice titul. Vel si secularis percuteret Religiosum, vel homo infame, fortis nobilis Ecclesiasticum: iuxta leg. item apud Laborem. Quid aut prator. & leg. sed si unus, quadrangularia, ff. de iniuria. Hæc enim percussionsis graue scandalum generat, & tanquam graues iniuria reputantur. Ex alius vero circumstantiis censenda est percussio graui, primò quoties fuerit grauiter ignominiosa, ut si extensa palma Ecclesiasticum in facie percuteret, vel fustibus impeteres, pedibus conculcareret iuxta §. atrox, de iniuria. Secundum si percussio sit in ore, oculo, aut facie graui reputari solet, quæ inflata in alia parte corporis leuis esset. Ut colligitur ex dicto §. atrox, & ex leg. prator. edict. de iniuria, & leg. regia 20. tit. 11. part. 7. Tertius ex parte loci, ut si in platea, theatro, publicove conuentu contingat. Quarto ex parte temporis, ut si Ecclesiasticum faciat vobis mandatum, vel paratum ad Diuinam celebrandam, vel coram Rego, Prælatu, alia ve persona in magna dignitate constituta percussio fiat. Ut ex legibus relatis comprobatur Molina m. 3. disput. 40. numero 3. & generaliter quies ex percussione graue scandalum generatur, statuque Ecclesiasticus grauiter contemnitur, percussio graui censenda est. Ex predictis percussionsibus quæ graui, quæ enormis censenda sit arbitrio prudentis penitus circumstantis relinquuntur. In casu dubio diæcelano committitur iudicium, si ab olitor pro foro externo, & conscientia adhibenda est. Si vero pro foro conscientia tantum praestanda sit, committitur ei qui potestarem habet absoluendi. Quod si re perpenditibus existat iudicare debet grauem esse percussionem: ut decidatur in Extravag. Ioann. XX 1. I. que incipit Perlecia, relatâ Corwaruu. cap. alma. mater. 1. p. §. 9. num. 2. Nauar. cap. 27. num. 92. Molin. disp. 17. num. 3. Sayro cap. 23. n. 8. Suarez. lib. 1. num. 88. & alii. Ex his constat quæ leuis percussio sit, illa ergo erit, quæ cum sufficiens sit ad peccatum mortale confundendum, autem non attingit grauitatem supradictarum percussionsum. His positis,

Dico primò à quacunque percussione absoluere potestam in foro conscientia, quam extero ultra summum Pontificem Legatus à latere iuxta caput ad eminentiam de sententia excommunicatis, tam eos qui sunt de provincia, ad quæ destinatur Legatus, quam quoslibet alios ad ipsum concientes à die quo curiam Romanam egredietur, vñque ad diem quo ipsam regrediens ingreditur. Vt ex communione Glossa & Panormit. in cap. excommunicatis, de officio legi. Verum Legatus Nuntius qui à latere non est, absoluere potest eos, qui sunt de sua provincia legationis, & dum in ea proxima existit & non a lios. Vt colligitur ex dicto cap. excommunicatis, Legatus vero natus, si dicitur, quia officium legationis, citur cum dignitate ex priuilegio Sedis Apostolicae. Vñ coniungit Archepiscopo Cantuarensi Cap. 1. de officio legi. Hic igitur Legatus ratione legationis nullam speciale potestatem habet absoluendi ab hac excommunicatione, sed ea gaudent, qua reliqui Ordinarii. Vt constat ex d. cap. excommunicatis. Et tradit Mol. disp. 8. per rotum.

Dico secundò ab excommunicatione contracta ob grauem percussionem potest Episcopus sibi subditos absoluere in virroque foro. Vt colligitur Panormit. & communiter Doctores ex cap. peruenient. de sententia excommunicatis, & ex dicto Extravag. Ioann. XX 1. I. que incipit Perlecia. Sed an hoc potest extenderat ad quoslibet alios Prelatos iurisdictionem quæ Episcopalem habentes? non conuenient Doctores. Negant Felini, & Panormit. in dicto cap. peruenient. Sylvestris, verbo abs. latio 4. numero 5. quos sequitur Molina tractat. 3. disput. 17. numero 2. Dicuntur, quia Pontifex in dicto cap. peruenient. committit Episcopo: ut fratri hanc potestatem. Inquit enim Textus Tha fraternitas arbitrio duximus committendum, hec qui nullus inferior Episcopo frater à Pontifice nuncupatur, sed filius. Non igitur censenda est hæc potestas alii ab Episcopo concessa, sed hæc ratio infirma videtur. Pontifex namque quia loquebatur cum Episcopo nomine fratris vñs fuit, non quia vellet hanc potestatem Episcopali tantum characteri annectere. Hæc enim potestas non Episcopo ratione iurisdictionis conceditur: alia est delegeate non potest, neque illius Vicario generali communicaretur, ut ipse Molina communicaret esse censet. Quapropter verius existimo quoque Episcopali iurisdictione gaudentes hanc habere potestatem.

Dico tertio ab excommunicatione contracta ob grauem, & à fortiori ob enormem. Clerici percussionem iure communni spe statu, nullus alius præter Pontificem, cuiusve Legatum absoluere potest, exceptis aliquibus casibus in iure expelli.

Primò impuberes sive masculi, sive feminæ etiam ob

enormem percussionem absoluiri ab Episcopo possunt, tandem & post puberitatem absolutionem petant; quia beneficium illis

illis semel indultum non extinguitur ob superuenientiam puberitatis, ut colligitur ex cap. 1. & cap. quamvis, & cap. 1. & ibi Panormit. de sententia excommunicat. Et notavit Sayrus lib. 3. cap. 28. num. 20. Molina. disp. 19. num. 3. Star. disp. 22. seq. num. 69. Bonac. t. 3. disp. 2. quæst. 3. q. 6. sct. 5. num. 12. Neque hac facultas extendenda est ad excommunicationem in iuuentute contradictam, ut aliqui Doctores immixti autem sunt; quia nullo fundamento initur; ut aduerit Bonac. supra. Periculum enim si aliquod habent iuuenes Sedem Apostoliticam audeunt, praefat Ordinarii potestatem absoluendi non absoluunt, sed cum obligatione comparendi, sicuti de aliis impeditis dicensur.

7 Secundum absoluvi possunt mulieres cuiuscunq; ætatis, & conditionis sunt, esto percellionem enormem fecerint, potuerintque Sedem Apostolitam aduersus periculosa iure censur illarum peregrinatio: habetur cap. mulieres, & cap. noslatur, de sententia excommunicat. Et tradit ibi Panormit. & Doctores communiter. Ex quo à fortiori constat motuales ab solu posse, sicuti decidunt cap. de monialibus, de sententia excommunications.

8 Tertio, Religiosi eiusdem monasterij se percutientes absoluvi possunt a Prelato supremo eiusdem conuentus, scilicet ab Abbatore, Priori, Guardiano, Rectore, Praeposito, & à fortiori a Provinciali, & Generali, dummodo percellio anox non fuerit: habetur c. Monach. de sententia excommunicat. In quo Textu licet nulla sit limitatio ad percellionem leuem, vel grauem, sed absoluvi committunt facultas absoluendi Superiori corum: attamen in cap. canonica, codem 11. restringuntur, nisi excessus, difficilis fuerit, & enormis, propter quem merito ad Ecclesiam Romanam sit recursus habendus. & tradunt alii relati Nauar. cap. 27. num. 92. Suar. disp. 22. sct. 1. num. 73. Tolet. lib. 1. cap. 32. num. 8. & 9. Sayrus lib. 3. cap. 23. num. 10. & seqq. Molina tract. 3. disp. 60. num. 1. Paul. Layman. lib. 1. tract. 5. par. 2. cap. 5. circa finem. Idem dicendum est de Commendatariis Ordinis D. Iohannis, qui priorem conditum absoluvi possunt, sicuti alii Religiosi iuxta Textum in cap. canonica de sententia excommunicat. Et notant Doctores super relati.

9 Quid si Religiosi percellerit regularem ab alio Prelato confituum ab solu debet à suo Prelato, præsente tamen Prelato offensi, ut ex virtutique confitenti satisfactio imponeatur. Sicuti colligitur ex cap. cimillorum, de sententia excommunicat. & notant Panormit. Hoffensis & alii ibi. Mol. Sayrus. Suar. Layman. supra. Poterit autem Prelatus offensi suas vices Prelato offenditum committere, ut ipse suo arbitrio penam condignam imponat. Si enim Prelatus absoluendi delegare potestatem alteri potest, cap. sive de officio iudicis ordinary, cur non Prelatus offensi potest in impositionem, & satisfactionem iniurie? cum tuncque iurisdictione ordinaria vatum. Atque ita tradit Sylvestr. verbo ab soluio. 5. num. 5. Molina. Sayrus. Layman. supra. In euentu autem quo Prelatus offenditum in satisfactione imponeatur, quia Prelatus offensi accepit etiam ex ea, quam offenditum Prelatus designat, eligendus est tertius arbitri, qui cum ipsi iudicium ferat: semper tamen absolutorius impositio, executivus potest Prelato offenditum, ut ipso vero illius Superiori competet. Sic Sylvestr. Mol. & Layman. loc. cit.

10 Verum si regularis non regalaretur, sed sæcularem Clericum percurrit, non à suo Prelato prælante Episcopo, sed ab ipsoj Episcopo tandem absoluvi poterit, modo percellio leuis fuerit. Sicuti deciderit cap. religiosi sententia excommunicat. in 6. luctu. cap. cimillorum, codem 11. Et tradit Glossa ibi. & in d. cap. peruenit, codem 11. Mol. disp. 60. n. 4. Layman. dicto c. 5. in fine. Notius vero siue ante ingessum, siue post percurrit Religiosum, vel clericum sæcularem absoluvi poterit ab eodem Prelato, à quo alii Religiosi eiusdem donum possunt; quia in favorabilibus nomine Religiosi comprehenduntur: ut adnotatur in c. cimillorum, de sententia excommunicat. hoc tamet discrimine, nam notius si ante professionem in monasterio egrediatur obligatus est Sedem Apostolica se presentare, alioquin in simili excommunicationem incidet, iuxta cap. eos qui de sententia excommunicat. in 6. quia ob temporale impedimentum scilicet ne vagare, concessa illi fuit absolutione. Ut aduerit Sayrus lib. 3. cap. 28. num. 13. Molina disp. 60. num. 3. Layman. lib. 1. tract. 5. par. 2. cap. 5. in fine. Qui Doctores recte monent hæc de Religiosis intelligenda esse, spectato iure commun. Nam si eorum specialis priuilegia spelicantur possunt omnes Religiosi à suis Prelatis absoluvi ab excommunicatione etiam ob enormem lesionem contracta, ut constat ex priuilegio Minorum. verbo ab soluio ordinaria ad fratres. 1. 3. 3. 8 & ex compendio soñorum priuilegiis verbo ab soluio.

11 Difficultas autem gravis est An Religiosi exempti absoluvi possint ab hac excommunicatione, & à qualibet alio peccato ab Episcopo, seu eius Vicario, sicuti possunt alii Religiosi non exempti; Et quidem consentiente Prelato id fieri posse pro certo habendum est. Nam si Prelatus habet potestatam ab ea excommunicatione absoluendi consen-

tientis ut Episcopus absoluat, tacite illi facultatem delegat. Si vero ea potestate carerit, non sunt censendi Religiosi in hac parte exempti, alibi exemptio illis praividetur, & deterioris conditionis reddetur; quod credendum non est, maximum cum hæc exemplo in favorem Religionis statutum. Religiosi autem paci; & queri non leviter, noceret exemplis Religiosorum, quæ Episcopis denegaret potestatem eos absoluendi, & ipsorum Prelatis non concederet, siquidem ea casu cogerentur Religiosi vagari. Allerendum igitur est de contentu prælati posse Episcopum Religiosos exemptiones absoluere. Sic tradit Sylvestr. verbo ab soluio. 5. numero 2. & 3. Molina tract. 6. disp. 61. num. 4. Suar. t. 4. in 3. p. disp. 1. 30. sct. 2. num. 3. Et 1. 5. de censor. disp. 41. sct. 2. num. 12. Henrici lib. 6. de penit. c. 1. 6. num. 8. & lib. 7. de indulgent. c. 2. 5. num. 2. & lib. 10. c. 20. n. 2. & lib. 1. 4. vlt. num. 10. Auila 2. p. de cens. c. 7. dispensat. 1. dub. 6. Sanch. alius relatis lib. 4. decalog. cap. 39. 32. & seqq. colligiturque ex c. luminos. 18. 9. 2. vbi habetur Episcopum posse exercere iurisdictionem de confessu Abbatis in Monasterio exempto. Neque obest hanc exemptionem Religioni concedi, nam ipsam Religio confitent in medio Prælato in subiectiōnem Religiosi Episcopo factam. ut ipso sibi conuenientem.

Quod si Prelatus importet hanc absolutionem præstante non nolit eam licentiam Religiosi concedere, poterit ipse Religiosi ex taetis sua Religionis consentia Episcopum adire, & ab eo absolutionem impetrare. Et idem est si longe absit, aut alio modo impediatur, ne in subiectiōnem contentiat, ut bene tradit D. Anton. 3. p. 11. 2. 4. cap. vlt. §. 1. vers. & nota. Sylvestr. verbo Ab soluio. 5. num. 2. quia hæc exemplo in favorem Religiosorum facta est: possum ergo ipsi cedere, argum. cap. ad Apofolicanum, de Regularib. & leg. in confribendo. Cod. de Episcopis, & Clericis. Sed contrarium omnino tenendum est cum Panormit. Sylvestr. alisque Doctoribus, quos refert, & sequitur Sanch. lib. 4. in decal. cap. 39. num. 29. 32. & 36. Molina disp. 61. num. 3. & seqq. Bonac. t. 3. de censor. disp. 2. quæst. 3. p. 6. sct. 5. num. 9. Quia hoc priuilegium exemptionis non tam in favorem singulorum Religiosorum, quam totius Religionis introductum est. Ego singuli Religiosi ei cedere non possunt. Præterea ex vi huius exemptionis extracti sunt Religiosi à iurisdictione Episcoporum, & integrè, plenèque libi esti suis Prelatis regularibus. Cederet autem in præiudicium iurisdictionis regularis, si unusquisque Religiosus se posset pro libito a librariere. Ergo dicendum est id minimè fieri posse. Item ex eo quod Archiepiscopus nequit iurisdictionem in Suffraganeis exercere, nisi in certis casibus non possunt Suffraganei pro libito, & inconsulto suo proprio Prelato. Atchiespicio subici pro absolutione impetranda. At Episcopus in Religiosos exemptionis minorem habet iurisdictionem, quam Archiepiscopus in Suffraganeos, ut bene poudaret Panormit. in dicto cap. significasti. Ergo minus possunt Diæcelano subici.

Quid si Prelatus regularis nolit per se, vel per alium absolucionem concedere in pescindendum est, aut nolit eam denegere, vel iniuste. Nam si iuste eo quod atrocitas delicti perat cogere Religiosum Sedem Apostolicanam adire, nequaquam, poterit regularis à Diæcelano absoluiri. At si manifestè constet iniuste absolutionem denegare, (quod raro, vel unquam contingit) poterit Religiosus Episcopo subici, & ab eo absolutionem obtinet, quia eo calu celetur Religio, vel Pontifex iurisdictionem Diæcelano concedere. Tum quia Superior reguli priuilegia exemptione abutitur. Tum quia sic Religiosus in iustâ vexatur, illiusque exemplo cedit in Religiosis præiudicium. Atque ita docent Sanch. Mol. & Bonac. loc. alleg.

Quarto Clerici in eadem domo commorantes sive ex 16 redibibus communibus alantur, uti contingit in Seminariis Concilij Tridentini, & Collegiis universitatum, sive unusquisque ad sui sufficiationem concurrit, ut in coniunctiōne scholasticorum cuenit, possunt ob percellionem grauem, modo atrox non sit ab Episcopo absoluiri, ex Textu in cap. quoniam de Vita, & bonefice Clericor. Quia ratione communis vita faciliter irascuntur, sive inuicem percutunt, t. cuius pauc. s. dulcissim. ff. de leg. idemque sicut conveniens, ne pro qualibet iniuria ad Sedem Apostolicanam remitterentur. Sicuti tradit Panormit. in d. cap. quoniam. num. 3. Sylvestr. ver-

bo ab solutio 4. num. 3. Nauart. cap. 27. numero 91. Sayrus lib. 3.
cap. 28. numero 26.

16 Quinto ianior, seu ostiarius qui praetextu sui officij pertinet clericum etiam animo iniuriandi, absoluvi potest ab Episcopo quamvis perclusio grauis sit, modo enormitatem non attingat. Colligitur ex cap. si ver, de sententia excommunicat. & ibi Glosa & Doctoribus. Idem dicendum est de officiali, seu apparitore alicuius potestatis etiam laicæ, qui arcedo tui bani ex aliqua negligentiâ, non tam ex proposito Clericum percurrit, qui ab Episcopo absoluvi, si perclusio atroc non fuerit ex dicto cap. si ver. Quod si arrogando sibi iurisdictionem & quasi id licet præstare posset, & non in defensionem osti ibi commissi Ecclesiasticum percurret, nequam absoluvi posset ab Episcopo, esto perclusio quoad lachonem corporis leuis esset, qui grauis, & atroc est compariatione iniuria statui Ecclesiastico facta: vt bene aduerterit Molina disp. 62. num. 2.

17 Sexto conceditur Episcopo, & illo deficiente cuilibet Sacerdoti absoluvi in mortis articulo. Ne quis ob defectum absolucionis eternam felicitate priuetur, & cruciatus aeternis addicatur: vt habetur in dicto cap. si quis suadere. 17. qu. 4. & cap. non dubium. Cap. eanofit. Cap. quod de his, de sententia excomm. Nomine articuli mortis periculum mortis ex quaenque causa proueniat, intelligitur. Vti ex communis sententia docet Nauart. cap. 27. num. 271. Couart. cap. alma. 1. §. 1. num. 8. Sayrus lib. 3. rheauri. cap. 28. n. 16. Molina disp. 63. in fine. Debet tamen absoluvi si fieri potest, exigi prius iuramentum de comparando: cum primùm posse coram Sede Apostolica, vel eius Legato, aut alijs habente potestatem absoluendi, iuxta cap. ea noscitur. Capit. quod de his. & cap. quamvis de sententia excommunicat. Quod si postmodum noluerit comparare in similem excommunicationem inciderit. Ut deciditur cap. eos qui, de sententia excommunicantur. 6.

18 Septimè non solum ob predictam necessitatem extremam, que grauissima est, absoluvi ab hac excommunicatione consti potest ab Episcopo, sed etiam ob quamlibet alieni necessitatem grauem, que norabiliiter reddat difficultem recursum ad sedem Apostolicam, eiisque legatum, quia benignitas Ecclesie non patitur diu fuos fideles penitentes excommunicatione obstricte esse. Argum. cap. ea noscitur. Cap. quod de his. Cap. quamvis Cap. mulieres. Cap. de cetero, & alii de sententia excommunicat. Et tradunt ferè omnes Doctores. Quapropter laborans terrena, vel quartana febrivel alio morbo, ob quem nequit absque graui difficiliter Sedi Apostolicae seu alijs habenti autoritatem absoluendi se prelenare, potest ab Episcopo absoluvi. cap. quod de his, de sententia excommunicat. Item debilis, seu membro aliquo destitutus ob cuius defectum absque graui incommodo non potest se Apostolicae Sedi prelenare, ab Episcopo absoluvi. cap. ea noscitur, de sententia excommunicat. Idem est est de nobilib. seu viro delicato qui laborem itineris non vallet sustinere. cap. mulieres. & cap. de cetero, de sententia excommunicat. Deinde pauper qui pro absolutione obtinenda cogendus est et mendicare, alias non solitus, quia haec obligatio nimis dura est, idcōque ob eam cauam excusat. cap. quamvis. & cap. de his de sententia excommunicat. Secūs effici, si professione mendicuisse, neque grauiores molestiam ipse vel ius familiæ ex accidia al Romana curiam patetur. Cap. ea noscitur de sententia excommunicat. Senibus vero eti fontes videantur, quia tamen ex se periculoso iter aggredirentur concedi absoluvi potest. Dicte. c. ea noscitur. & cap. quamvis de sententia excommunicat. Reputatur fener, si ultra septuaginta annum processerit. leg. 1. Cod. qui state. Deinde ob periculum itineris consuens ex inimicorum inuidia, ex bello, ex peste, aliaque causa exculpati a Romano recurso potest. Cap. de cetero. Cap. de his de sententia excommunicat. Praeterea ob debitam subiectiōnem, haec exculatio admittenda est, vt contingat ferius, libertatis, & filiis familiæ, qui absque graui danno eorum, quibus subduntur nequeunt Roman adire. Dicte cap. mulieres. & cap. relatum de sententia excommunicat. Requiritur autem in horum absolutione, ne iij quibus absoluendi subduntur fuerint delicti cooperatores, neve delictum atroc sit, vt ex suprad. cap. mulieres. & cap. relatum, constat. Tandem ob damnum alienum vitandum excusari ab itineri Romanae curia aliquis potest. Hac enim ratione poterit excusari maritus, si ex eius discessu vxor, vel familia graue damnum patiatur. Parochus qui suos parochianos absque graui detimento nequirit deferre. Gubernator curiatur, qui absque subditorum graui detimento abesse nequit. Qui omnes eti possent pro absolutione ad Sedem Apostolicam mittere, & huc possunt ab Episcopo absoluvi, quia ius non imponit excommunicato obligationem mitigandi, sed comprehendit si possit. Quā potestas deficiente cestat obligatio, & conceditur Episcopo facultas. Vti ex communis tradit Nauart. cap. 27. num. 90. Molina disp. 64. num. 6. Sayrus lib. 3. cap. 28. num. 38. Bonac. t. 3. de censur. in part. disp. 2. q. 3. pun. 6. sect. 5. num. 10.

Hac dicta sunt spectato iure communī, & lectionis privilegiis, nouoque iure Concil. Tridentini. Etenim in Concil. Tridentin. session. 24. capite 6. de reformatione omnibus Episcopis, seu Episcopalem iurisdictionem habentibus concedit potestas absoluendi ab hac, & ab omni alia excommunicatione, modo delictum occultum sit, neque ad forum contentiosum deducatur. Mendacibus vero Religiosis ferè eadem facultas concessa est.

Pro predictis duo aduentanda sunt. Primum non est concedenda huic excommunicationis absoluvi, quia excommunicatio prius parti laicæ satisfactionem præstet, quantum commodè possit. Secundum, in eventu quo quis absoluvi ob temporale impedimentum exigitur, debet iuramentum comparandi coram Sede Apostolica, vel alia auctoritate absoluendi habent. Quod si postmodum non comparverit in similem excommunicationem incidet, iuxta Texum in capit. eos qui, de sententia excommunicantur. cap. in 6.

P V N C T V M X X I V .

De excommunicationibus contentis in quinque libris Decretalium, summo Pontifici referutatis.

- 1 Declaratur excommunicationis, quam incurrit nolens patere diffinitione sententia Legati Pontificis, in ea continua per annum perseuerans.
- 2 Qui falsas litteras se habere cognoscit, tenetur sub pena excommunicationis infra 20. dies destruere, aut resarcire.
- 3 Clerici qui cum excommunicatis à Pontifice participant in officiis Diuinis, excommunicationi reservata subiciuntur.
- 4 Impontentes, exigiturque tributum à personis Ecclesiasticis excommunicantur.
- 5 Aliqui incendiaries affirmant excommunicatione esse immunitos. Sed verius est oppositum.
- 6 Iudices qualiter teneantur adulterii incendiarios excommunicatione proferre, declaratur.
- 7 Prolata sententia excommunicationis aduersus incendiarios, qui in illam incurvantur.
- 8 Contraria excommunicatione, si iudex excommunicatum publicer, eius absoluvi Pontifici referatur, vbi destinatur qualiter facienda sit hac publicatio.
- 9 Effractores, spoliatoriisque Ecclesiistarum excommunicantur.
- 10 Explicatur in quo Textu hac excommunicatione continetur.
- 11 Vi huic excommunicationi sit locus, debent satigare Ecclesiastiam effingere, illamque spoliare.
- 12 Quid nomine Ecclesia ibidem intelligatur?
- 13 Hac excommunicatione post denunciationem Summo Pontifici referatur.

Prima excommunicatione, quæ refertur à Nauart. cap. 27. num. 93. Sayro lib. 3. cap. 29. num. 1. Suar. disp. 22. lib. 1. num. 1. Filiuccio tract. 15. cap. 2. q. 2. Toler. lib. 1. cap. 35. habetur in cap. quarenti, de officio delegati, vbi excommunicatus a Delegato Pontificis, eo quod eis sententia definita patere noluerit, si per annum in excommunicatione pugnauerit absoluvi illius excommunicationis Pontifici referatur. Hac tamen excommunicatione non est ipso iure lata, sed a Delegato ferunt per sententiam, neque directe sedi Apostolica referatur, sed indirecte quatenus elaplo anno nullus est qui ab hac excommunicatione absolueret potest præter Pontificem. Non inferior delegato, vt de se conflat, neque etiam ipse delegatus, siquidem post annum finium cestati illius iurisdictionis ex d. cap. quarenti, & ex cap. studiis, de officio delegati. Ut aduerterit Toler. & Suar. loc. alleg. t. 1. de censur. disp. 2. q. 3. p. 22.

Secunda habetur in cap. dura, de criminis falsi in hac verbis. Statuimus, ut generali sententiā excommunicatione promulgatis, quā per singulas parochias faciat se frequenter innoveri. Quod si quis falsas litteras se habere cognoscit infra 20. dies litteras illas aut destruat, aut resigne, si paucam excommunicationem valuerit evadere, quā nisi forsan in mortis articulo sine speciali mandato nostr. a quoquam nolimus relaxari, nec etiam presumpta fuerit contra hoc absoluvi quādam habere firmatis. Notandum est in predicto Texu nullam sententiam excommunicationem, sed solum præceptum diocesano imponit, vt excommunicationem pugnaret aduersarios, qui litteras Sedi Apostolicae falsas habent, neque eas delinquent, vel refutant. Quare retinens falsas litteras, dum à diocesano non promulgatur excommunicationis sententia, in nullam excommunicationem incidit. Promulgata autem à diocesano